

Kreis Steinfurt

S 101

1270 Mai 7. Schonefliet.

[5 10]

Ritter Dietrich von Schonenbeck überträgt den Edlen von Steinfurt das Eigentum zweier Güter und empfängt sie als Lehen zurück.

Theodericus miles in Sconenbeke universis presentia visuris notum esse cupio, quia ego una cum filiis meis Hermanno et Theoderico et aliis meis pueris et heredibus proprietatem curtis in Hammenhem et domus in Broke cum omnibus appendiciis contuli viris nobilibus Ludolfo et Boldewino dominis in Stenvordia et iure homagii recepi ab iisdem, et me decedente quemcunque puerorum meorum dicta bona habere contigerit, recepturus est iure homagii a manibus eorundem. Ne vero mihi vel successoribus meis in hac collatione malignandi concedatur facultas, presentem cedulam sigillo meo roboravi. Datum Scoenvlite anno Domini M^oCC^oLXX^o, in crastino Johannis ante portam latinam.

Abchrift Bb. S. 10. (Hammenham: Häinig, Kspl. Ginte; Broke: Bröcker, Bichst. Westum, Kspl. Emsetten.)